



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatus De Conscientia, De Peccatis, De Legibus, De Fide, Spe,
Et Charitate

Castro Palao, Fernando de

Lugduni, 1669

4 An sit peccatum agere contra conscientiam non actu errantem, sed
habitu.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76540)

quod 14. p. 4. q. 3. sine Salas ibi, q. 21. tract. 8. disp. vn. sect. 3. n. 33. & tract. 3. disp. 4. sect. 3. n. 36. S. rogus verum Anton. Perez certā. to. scolast. m. 29. Man. Rodrig. 1. s. sum. c. 71. sine. 2. edit. Ratio, quia voluntas appetens malitiam in communi non appetit magis excedentem culpam venialem, aliā si excederet, non esset venialis & mortali communis.

6 Ego verò dicendum existimo, etsi supradictæ sententiæ probabiles sint, probabilius esse in supradictis casibus peccatum mortale reperiri. Et quidem, quando voluntas nullum speciale obiectum amplectitur, sed solum in genere vult, sic probat, quia tunc voluntas quantum est se mortale amplectitur, cum ad mortale, & veniale indifferens sit. Neque obstat ex parte obiecti malitiam in communi maiorem non esse malitiam veniali determinatè: quia sufficit quoddam indeterminate maior sit siquidem mortalem comprehendit, & ratione, huius indeterminationis voluntas illam malitiam amplectens, debet censeri mortalem amplecti. Quod si voluntas in obiectum venialiter malum feratur, neque cognoscens eius modicam malitiam, sed solum cognoscens esse malum absque distinctione malitiam mortalis, vel venialis, etiam probabilius existimo fore mortale: quia illa voluntas iam se exponit amplecti peccatum mortale, per accidens enim fuit, quod obiectum veniale solum esset, eodem enim modo illud amplecteretur, si mortale fuisset. Et confirmo, cum amplecteris obiectum venialiter malum, dubitans an sit mortale, peccas mortaliter secundo omnia sententiam, qui te exponis periculo mortale committendi sed quando tibi representatur obiectum malum, & prohibuit, neque distinguas an sit mortale, vel veniale illud amplecteris, iam quantum est ex tua voluntate, periculo mortale committendi te exponis. Ergo. Et ita ex communi sententia supponit Ioan. Sanchez in select. disp. 18. n. 1. & dicitur Thom. Sanchez l. 1. in Decal. c. 1. n. 9. Bonacina disp. 2. de peccatis, q. 2. punct. 3. n. 14.

PUNCTUM IV.

An sit peccatum agere contra conscientiam non actu errantem, sed habitu.

- 1 Explicatur questio.
2 Plures affirmant te peccare, quoties non reuocasti primum errorem dictamen.
3 Probabilis est oppositum.

1 Verbi gratia, errasti existimans esse peccatum ius canonicum, vel physicam audire, ex huiusmodi errore physicam audis, immemor conscientie errantis, & dictantis esse peccatum. Item errasti, vincibiliter putans in hac hebdomada nullum esse diem festiuium, vel ieiunij, cum tamen sit, adueniente die festo, vel ieiunij, Missam, vel ieiunium omittis, quin tibi dubium occurrat esse diem festiuium, vel ieiunij, peccas omittens Missam, vel ieiunium.

2 Affirmant plures te peccare, quoties dictamen prius non reuocasti, quia tale iudicium cum reuocatum non sit, moraliter manere censetur. Ita Med. 2. q. 19. art. 6. vobis sed nunquid. Rodrig. 1. tom. sum. cap. 71. n. 2. Villalobos tom. 1. sum. tract. 1. diff. 1. n. 2. Hac tamen sententia limitatur à Medina, dummodo dictamen rationis antiquum non fuerit, quia quod antiquum est, non censetur manere.

3 Probabilis existimo contrarium, nempe in te physica audienda, vel in omissione facti, aut ieiunij non peccatum actum, nisi actu sit conscientia dictans esse peccatum, vel actu dubites de eius obligatione. Ita à Lor. tom. 1. iustit. moral. lib. 2. cap. 8. q. 12. Valquez disp. 60. cap. 3. sine Salas disp. vnic. sect. 3. n. 19. Thom. Sanchez lib. 1. in Decal. cap. 11. n. 7. Probat. Opera illa externa nequaquam possunt ostiā à voluntate, & iudicio præterito, cum neque illa voluntas neque iudicium præteritum adint, neque aliquis effectus ab illis productus, qui opera externa causet. Ergo non possunt in illis operibus malitiam aliquam denotare. Confirmo. Ideo cum venenum tribuis alicui, quo vita illum prius, cum eris homicidium committere, etiam si dolcas antequam venenatus è vita discedat: quia illa voluntas antequa occidendi in aliquo effectu manet. At in præsentī illa intentio procedens non ostendit Missam, & iudicium errans de obligatione, non manent in se, neque in aliquo effectu. Ergo. Secundo si actus censetur manere moraliter, & denominatè opera subsequenter, dum non retractatur. Ergo infidelis qui omnia sua opera in honorem idoli referret, peccaret semper peccato infidelitatis, quod videtur absurdissimum.

Respondet Med. Primo non peccare. Nam exercenda aliquod bonum opus, v. g. elemosinam ob subleuandam pauperis miseriam, voluntatem priorem censetur retractare.

Secundo respondet. simul dum tempus præcessit, non est censenda manere moraliter. Sed vtramque solutionem optimè impugnāt Salas supra. Prima enim stare non potest. Non enim potest censeri infidelis retractare priorem voluntatem, quia vult omnia sua opera in honorem idoli referri; ex eo quod opera

Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars 1.

ex obiecto misericordie, vel iustitie exerceat, cum hæc exercitatio, & intentio contraria non sit priori voluntati. Secunda etiam solutio non subsistit, non enim dilatio præcisè perseverantiam moralem iudicij & voluntatis potest auferre.

PUNCTUM V.

An pecces sequens conscientiam errantem, si dicet vtramque partem contradictionis esse malam.

- 1 Proponitur punctus controversus.
2 Resoluitur nullum peccatum in supradicto casu committi.
3 Proponitur quadam obiectio.
4 Soluitur.
5 Quid inde inferatur.

1 P Onitus te vincibiliter errare, obligatum esse audire Missam, cum infirmum curas, & vincibiliter errare existimans peccare, si infirmum deseras ob Missam audiendam. Item ex illis excommunicatus, neque potes ab excommunicatione absolui; credis si audis Missam peccare, si illam omittis etiam peccare, committisne peccatum cuiusvis partis electione.

2 Breuiter dicendo existimo cum Thom. Sanchez lib. 1. in 6. Decalog. cap. 11. num. 14. Ioan. Sanchez select. disp. 41. n. 27. sine. Adrian. quest. de restitut. qua incipit: quia dictum est. Man. Rodr. 2. tom. sum. cap. 51. n. 6. in tali casu nullum peccatum committi, quia non adest libertas sufficiens ad peccatum: cum enim vna ex illis contradictoriis sit tibi necessariò eligenda, & in illa representetur peccatum, iam peccatum erit necessariò eligendum: quod est absurdum.

3 Dices, Etsi vna ex illis contradictoriis est mihi necessariò eligenda: at cum vnam determinatè eligo, liberè eligo, poteram enim illam omittere, & contrariam eligere. Ergo pecco amplectens illam, credens esse malam. Et confirmo. Si prædeterminatus essem, & necessitatus ad obedientiam Deo præstandam, qualiter Christus Dominus dicitur necessitatus fuisse obedire suo æterno Patri: tamen huic, vel illum actum, liberè exercebam, sufficiens libertas adesse ad meritum. Ergo similiter ad demeritum sufficit libertas ad hunc, vel illum actum determinatè, etiam cum necessitate ad vnum ex illis.

4 Respondeo te liberè eligere vnam ex illis partibus contradictoriis, nego tamen inde peccatum: non enim sufficit ad peccatum amplecti malum, quod determinatè vitari potest, sed necessariò requiritur amplecti malum, quod etiam æquialenter vitari possit. At in supradicto casu etsi vnum malum euites, aliud æquè malum tibi est necessariò eligendum. Ergo illud malum quod eligis, non potes saltem æquialenter vitare. Ad confirmationem dic non sufficere ad meritum libertatem ad hunc, vel illum actum obedientie, si vterque est æquè bonus, quia non es dignus laude, eliciens vnum si alium æquè bonum teneris elicere in Christo Domino, etsi determinatio esset ad bene operandum, at quia erat libertas ad plures actus inæquales, ideo meritum in illis rectè constitui potest.

5 Ex hac doctrina à fortiori inferitur, hominem carere detentum, & existimantem peccare non audiendo Missam, nequaquam peccare. Quia illa omisso facti non est libera vno modo. Neque illud iudicium causa est illius omissionis, cum omisso à causis aliis extrinsecis procedat. Solum enim est iudicium speculatiuum falsum, quo iudicas in tali omissione esse peccatum, cum tamen non sit, & ita tenet expressè Ioan. Sanchez supra. Thom. Sanchez. n. 3.

PUNCTUM VI.

Expediuntur aliquot leniores difficultates de conscientia errante.

- 1 Sine maius peccatum sequi conscientiam errantem vincibiliter, quam illam non sequi.
2 Resoluitur aliquando esse grauius, aliquando leuius.
3 Idem dicendum de operante contra conscientiam errantem vel contra præceptum superioris.
4 Sine obediendum conscientia erranti, vel superiori contrarium præcipienti.
5 Non potes pro libio conscientiam errantem deponere.

1 P Rima difficultas, an sit maius peccatum sequi conscientiam errantem vincibiliter, quam illam non sequi, posito te nolle diligentiam facere, vt deponas?

2 Respondeo aliquando esse grauius peccatum, aliquando leuius, pro materie grauitate, vel leuitate. Si enim existimas debere mentiri, vt vitam alterius conserues, & omittas, peccas mortaliter, cum tamen in mentiendo venialiter tantum peccares: si tamen existimas te debere furari, ad elemosinam alicui

A 2 pauperi

DE CASTRO PALATIO TOM. III. LIB. III. CAP. IV.